

facere. queris a servo tuo, cui das viginti solidos, et vis, quod tibi sit ad omnia servilia die noctuque paratus, et certe non das sibi tantum, quantum tibi Dominus vult dare. dicis, quod non habes eleemosinam dare, quod non possis jejunare, et cum injungo aliqua Paternoster, non vis dicere. cum quo ergo vis satis facere? certe facilius diceres DC Paternoster in die, quam per dimidium diem arderes. Freib. 1, 222^a: offerunt ei (Deo) nunc quidam hec et hec bona, jejunia, peregrinationes et hujusmodi, quidam hoc, non tamen totum curat ut illud solum (restituere injuste acquisita). ille laicus offert Domino peregrinationes ad s. Jacobum, ultra mare, hoc vel hoc, non tantum in puncto curat. ille clericus cottidie vigilat vel psalterium etc. ille monachus carnes et lineas (opfert die Zeilen als Schreiber) etc. non sibi sufficit pro vita eterna, nec tantum curat. — Gutes denken, Freib. 1, 28^a: unde, cum talis delectatio sive voluntas vel cogitatio venit de impatientia, invidia et hujusmodi, et delectatio de luxuria, statim, cum sentit, abjiciat cogitando aliud, sive de passione Christi, sive aliud bonum, vel vellicando etc., sic celeriter, ut vellet quis extinguere ignem a veste vel horreo aut excutere serpentem a sinu, vel celerius, quia nocivior est. et qui hoc non faciunt, quandoque perdunt una hora omnia bona, que habent, ut qui ignem extinguere nolunt, licet divites fuerunt, die una omnia sua bona perdunt. et libenter debet quisque statim auferre, quia super hoc, quod per hoc mortem eternam evadit, etiam plurimum meretur, in tantum quandoque uno die ut vadens ad s. Jacobum vel sicut jejunans per dimidium annum in pane et aqua, et talis signator famosus erit in celo. signum ergo verum veri Christiani est serpentes tollere. Böses Gewissen, Freib. 1, 22^a: dicunt quidam, quod quoddam genus viperarum semper matrem suam interficit, que illam in se portat. sic talis mala, venenata conscientia in se portantem eternaliter occidit. — Mitleid, zunächst bei den Tieren, Domin. 102, 2: dicit Job (12, 7): ‚interroga jumenta, et indicabunt tibi, volatilia celi, et docebunt te, etenim pisces maris‘. jumenta tante sunt compassionis, ut, sicut dicit R (am Rande von derselben Hand: *liber rerum*; vielleicht des Robert Grosseteste, Bischofs von Lincoln, Compendium Scientiarum): si unum ex eis moriens fetum relinquat, alie illum fetum lactant, nutriunt, educant. volatilia celi tante sunt compassionis, ut etiam ipse cornicule gruibus